



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 104. Ejusdem summi Pontificis epistola ad Joannem ab Austria Belgii  
Gubernatorem contra Jansenii Fautores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

„Ego me submitto sincere constitutioni Sæc. XVII.  
„Papæ Innocentii X. datæ 31. Maij 1653. A. C. 1656.  
„Secundum verum illius sensum, qui  
„est determinatus per constitutionem  
„N. S. P. Alexandri VII. datam 16. Oct.  
„1656. Ego agnosco, me esse obliga-  
„tum in conscientia his constitutioni-  
„bus: & condemno ore & corde do-  
„ctrinam quinque propositionum Cor-  
„nelii Jansenii, contentam in ejus li-  
„bro, cui titulus *Augustinus*, quam duo  
„Pontifices & Episcopi condemnarunt.  
„Hæc doctrina non est doctrina S. Au-  
„gustini, quem Jansenius male expli-  
„cavit, contra verum sensum hujus  
„S. Doctoris.,,

Rogabant insuper hi Præfules sum-  
mum Pontificem, ut hanc juramenti  
formulam sua quoque auctoritate fir-  
maret, omnibusque observandam præ-  
scriberet, illam etiam anno hujus sæ-  
culi sexagesimo quarto Mense Aprili  
Franciæ Rex edito desuper decreto  
ab omnibus subditis in usum deduci  
præcepit.

#### §. CIV.

*Eiusdem summi Pontificis epistola ad  
Joannem ab Austria Belgii Gu-  
bernatorem contra Jansenii*

*Fautores.*

X 3

Pari

Sæc. XVII. Pari etiam sollicitudine idem summis  
A.C. 1656. Pontifex damnatae doctrinæ Ziza-

nia in Belgio eradicare adlaborabat,  
Argentre ac propterea Joannem ab Austria do-  
t. 3. p. 282. thum Philippi IV. Regis Hispani Filium,  
postquam illum ad Belgii Regimen al-  
sumptum suisse compererat, enixe pre-  
cabatur, ut damnata Jansenii dogma  
ab ejus fautoribus in Belgio disseminata  
ac defendi prohiberet. Hanc in ren-  
die vigesima tertia Decembris ad eu-  
dem Roma has dedit literas:

„Dilecte Fili, nobilis vir, Salutem  
& Apostolicam Benedictionem. Ad  
cepimus ex literis dilecti Filii Hiero-  
nymi Abbatis Montis Regalis, quod  
nobis jam antea minime obscurum  
erat, egregiam esse Nobilitatis tuae  
pietatem, & in tuenda Ecclesiae di-  
gnitate constantiam. Id etli minime  
novum nobis acciderit, gratissimum  
tamen fuit. Neque enim spectata  
virtutis fructus suavis esse non potest.  
præsertim ubi Christi charitas interce-  
dit, qua te ut obsequentissimum filium  
complectimur. In Domino itaque,  
quo omnis boni operis initium per-  
fectioque deducitur, laudamus, co-  
hortamurque te vehementer, ut pen-  
gas ea, quam tibi isthic clarissimus  
Filius noster Philippus Rex Catholice  
cus potentiam tribuit, Dei gloriae in-

„servire; quam optimi ac Sapientes Sæc. XVII.  
„imprimis Principes antiquissimam sem- A. C. 1656.  
„per sanctissimamque habuerunt. Quæ  
„profecto integra, inviolataque retine-  
„bitur, si nihil unquam de Sanctæ hu-  
„jus Sedis amplitudine, reverentiaque  
„decedet. Quod igitur tua pietate di-  
„gnum est, autoritate omni, conatu-  
„que tuendam hanc suscipe, ne per-  
„mittas pravas nonnullorum voces, ac  
„doctrinas latius serpere, proseminali-  
„que, qui magno cum audientium scan-  
„dalo ac pernicie damnatas jam pridem  
„ab hac Fidelium omnium Matre ac  
„Magistra Cornelii Jansenii Ypresensis o-  
„lim Episcopi sententias, alio Sanctæ  
„hujus Sedis sensum ac mentem per-  
„verse trahentes, docere & propugnare  
„non verentur. Adeo enim palam a-  
„pertum est, quid de his Propositioni-  
„bus Beati Petri Cathedra pronuncia-  
„verit, decreveritque, ut vel graviter  
„hanc contemnere, vel hujusmodi ho-  
„mines seipso atque alias seducere ne-  
„cesserit; quodque ait Propheta, bo-  
„num malum, ac malum bonum dicere,  
„ponentes tenebras lucem, ac lucem  
„tenebras. Prosequere itaque, Deo  
„adjuvante, quod cepisti, ac terrenam,  
„quam obtines potestatem, omnium  
„Regi ac Dominatori subjice; qui, ut  
„est fidelis & verax, facienti tibi dona

X 4

,abun-

Sæc. XVII. „abundanter retribuet, a quo secunda  
 A. C. 1656. „omnia Nobilitati tuæ precamur, &  
 „Apostolicam Benedictionem peraman-  
 „ter impertimur. „

## §. CV.

*Atonii Arnaldi Sorbonici Doctoris  
 apologia.*

Postquam Arnaldus suam epistolam  
 Facultate Theologica Parisiensi &  
 Clero Gallico censuris notatam, ne  
 non utriusque censuram a Sorbona da-  
 vigesima quarta Martii receptam suam  
 compererat, plures tuin per seipsum,  
 tum per amicos suos adversus Facul-  
 tatis sententiam apologetias typis vulgo  
 vit, ac præcipue die vigesima septima  
 Januarii suæ caussæ acta, variasque  
 teras apologeticas edidit, in quibus  
 sacræ Facultatis Judices, pro more  
 lorum, quos caussæ iniquitas condem-  
 nat, injustitiæ, atrocissimæ inhuman-  
 tatis, & oppressæ veritatis incusabat,  
 illosque violatis omnibus æquitatis &  
 justitiæ legibus per media illegitima  
 & Theologis indigna, & ab omnibus  
 honestis Viris execranda processisse a-  
 guebat, & I. quidem, eoquod ejus Ju-  
 dices extiterint capitales ipsius im-  
 mici, & Mendicantes quamplurimi a  
 jure suffragii aliunde exclusi, præte-

Sulpitius